HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

V.
demo nesti.
populi loquentes imi ceas. fuit prophetia in diebus ezechiae regis iuda & fuit
ad omnem populum iudae dicens. haec dicit dns exercituum sion. quasi
ager arabitur. & hierusalem in aceruum lapidum erit. & mons domus in ex
celsa siluarum; numquid moste condempnauit eum ezechias rex iudae
& omnis iuda. nunquid non timuerunt dnm & deprecatus sunt faciem
dni & penituit dnm. quod locutus erat aduersum eos. nos quoq: non faciamus
malum grande contra animas nras.

Principes ciuitatis. & populus intellegunt iudicii ueritatem; senes
autem quorum propriae erant nosse uetera replicant historiam. & pro
phetiam michae demoresti qui prophetauit sub rege ezechia. conparant
prophetiae. hieremiae. pro qua eius ostendit crimen intenditur. ostendunt q: illum
dixisse grauiora. & tamen auditore rege ezechia nihil esse perpessum. sed
conuersus ad paenitentiam dnm. in bonam partem uertisse sententiam; mi
chea enim dixit sion. quasi ager arabitur. & hierusalem in aceruum lapi
dum erit. & mons domus in excelsa siluarum. porro hieremias dabo
inquit domum istam sicut silo. & urbem hanc dabo in maledictionem cunctis
gentibus terrae. dansq: consilium putantes nequaquam futurum quod mi
chea predixerat quia multo tempore non sit factum propter populi
paenitentiam; & hoc quoq: quod hieremias locutus est. nequaquam
fore simile ac consilium eius bonas faciant uias suas & studia sua. audiant
uocem dni dicentis. ut dns non inferat malum quod eis fuerat comminatus.
simulq: frangunt accusatorum rabiem. & se miscent cum eis dicentes.
nunquid nos facimus malum grande contra animas nras. non quo facere debe
ant sed quia si fecerint nequaquam noceant accusato. sed animabus suis
quas mutatione sententiae potuerint liberare.

Fuit quoq: uir prophetans in nomine dni. urias filius semei de cariathia
rim. & prophetauit aduersum ciuitatem istam & aduersum terram
hanc. iuxta uniuersa uerba hieremiae. & audiuit rex ioachim. &
omnes potentes & principes eius uerba haec. & quaesiuit rex interficere eum;
& audiuit urias. & timuit. fugit q: & ingressus est aegyptum; quod q: sequit.
& misit rex ioachim uiros in aegyptum elnatam. filium achabor. & uiros